

p. 270.) corrigi censeo. Hoc enim requirunt verba praecedentia, quibus tempus ita designatum est ut parum apte ποτέ sequatur.

1395. νεακόνητον αἶμα] Corruptum est metrumque violat νεακόνητον. νεαρόκμητον coniecit Meinekius l. c. p. 271. quod vocabulum glossatori similis est quam poetae veteri, qui νεόκμητον dicturus erat. Scholiastae, qui ipse quoque νεακόνητον legit, annotationi lemma νεοκόνητον praefixit editor Romanus: unde fuit qui νεοκόνιτον coniecisset, ut Sophocles παγκόνιτ' ἄεθλ' ἀγώνων vocabulo ab se ficto dixit Trach. 506.

1413. νῦν σε | μοῖρα καθαμερία φθίνειν ἔχει] Sic ego correxi quod legebatur φθίνει φθίνει, omisso ἔχει.

1424. Ὀρέστα, πῶς κυρεῖτε; OP. τὰν δόμοισι μὲν | καλῶς] κυρεῖτε restituit Elmsleius pro κυρεῖ, quod ad verba proxima Orestis ex κυρεῖτε intelligi posset, nisi probabilius esset κυροῦμεν intelligere. Recte enim dicitur καλῶς κυρῶ τόδε καὶ τόδε, ut εὐτυχῶ τόδε et alia multa huiusmodi.

1485. 1486. Seclusi versus futiles duo et tres nihilo meliores 1505. — 1507. de quibus dixi in annotationibus Oxoniensibus. Sunt autem quinque hi versus nec Sophoclis neque ex Euripide vel alio poeta vetere adscripti, sed, ut genus dicendi ostendit, ab interpolatore temporis inferioris compositi.

OEDIPUS REX.

65. ὥστ' οὐχ ὕπνω γ' ἐνδόντα μ' ἐξεγείρετε] Codex εὐδόντα. Restitui ἐνδόντα, quam emendationem C. Badhamus mecum communicavit.

105. οὐ γὰρ εἰσεῖδόν γέ πω] Vitiosum est πω. Recte, ut videtur, Hartungius εἰσεῖδόν γ' ἐγώ.

117. Codex κατειῖδεν ὅτου τις ἐκμαθῶν ἐχρήσατ' ἄν. Probabilior scriptura est quam in annotatione proposui, κατειῖφ' ὅτω τις —, i. e. κατειῖπέ τι ὅτω τις ἐκμαθῶν ἐχρήσατ' ἄν. Verbo χρῆσθαι similiter utitur Trach. 60. πάρεστι χρῆσθαι τάνδρῳ τοῖς τ' ἐμοῖς λόγοις.

191. ἀντιάζων Hermannus. ἀντιάζω L.

196. ὄρων Doederlinus. ὄρμον L.